

sed tñ lumē. vñ ps. cxlv. Dñs illumi
 nat cecos (tñ aut dixit illi respice)
 nō apposuit manum nec aliqd vngen-
 tum ad sanandū eū s; solū verbuz. qm̄
 ipse dixit et facta sunt (fides tua te
 saluū fecit) gor. ex fide em̄ impcatur
 salus spūalia z etiā corpālis (z cōfe-
 stim vidit) Nilhil ei mediū inter deū
 z factum dei (z seq̄batur illum) ecce
 signū pfecte illuminatiōis. s. in corpe
 z in aīa (magnificās deum) gor. i. ma-
 gnum dicēs eū magnitudie virtutis
 Vñ ps. cxlvj. Magnus dñs noster et
 magna vir? eius (z oīs plebs ut vi-
 dit qd factū est) nō inuidet vt phari-
 sei (sed laudē dedit deo) potētie dei
 gratulando sanitati ceci Vñ circa p̄-
 sens euangeliuz vbi dicit? oīs plebs
 vt vidit dedit laudē deo. S; heu ho-
 die ples christiani deū nō laudāt. s;
 dehonorāt tripliciter. Primo quidāz
 honorāt munduz exercētes (diuersos
 malos ludos z p diuersas malas leri-
 cias. Nunc largi? demonū in signuz
 q; sunt filij demonū vtēdo. nūc alijs
 paganicis gestis vtendo p creatiōe
 vtputa corpis. s; reuera p corpis et
 aīe destructiōe Scdo alij deū inhono-
 rant. corp? suū pascēdo ptra laudes
 dei. vt patz ad phil. iij. Quoz. deus
 venter est. Et de illo deo quot mira-
 cula facit qre in fmone discipuli sup
 eptas dñicates fmone xlv. n. Tertio
 alij hodie ptra laudē dei ducūt cho-
 reas illicitas. ppter q̄s totiēs vnū sal-
 tum faciūt versus infernū. quotiens
 vnū i chorea faciūt saltū. in tali ei est
 pām mortale. Vñ aug. Oīs mot? pe-
 tulantie saltus est i pfundū cloace.
 Et illa auctoritas etiam allegat? in
 summa viciop. ca. de chorea
Dñica prima in quadragesima

Euang. scdm̄ Mattheu m. iij.

In illo tpe. ductus est iesus in
 desertuz a spū vt tentaretur a
 diabolo. Et cuz ieiunasset qua-
 draginta diebus et qdraginta
 noctibus postea esuriit Et acce-
 dens tentatoz dixit ei. si filius
 dei es dic vt lapides istī panes
 fiāt Qui rñdēs dixit Scriptuz
 est. nō in solo pane viuit hō sed
 in omni verbo qd pcedit de
 ore dei Tunc assumpsit eū dia-
 bolus in sanctaz ciuitatē et sta-
 tuit eū supra pinnaculuz tēpli
 et dixit ei. si filius dei es mitte
 te deorsum. Scriptū est em̄ qz
 angelis suis mādaui de te. et
 in manibus tollent te. ne forte
 offendas ad lapidē pedez tuū
Quit illi iesus rursus Scriptum
 est Nō tentabis dñm deuz tuū
Iterū assumpsit eū diabolus i
 montē excelsuz valde. et oñdit
 ei oīa regna mūdi et gloriāz eo-
 rum. et dixit illi hec oīa tibi da-
 bo. si cadēs adoraueris me tūc
 dicit ei iesus vade sathana. scri-
 ptum est em̄. Dñm deū tuū ad-
 orabis. et illi soli seruiēs. tunc
 reliquit euz diabolus. Et ecce
 āgeli accesserūt et misrabāt ei
Vetus ē iesus **Postilla**
 i desertū. Mat. iij. Mar. j. Lu-
 ce. iij. Tentat? est dña iesus